



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 174. Imperatoris consilium de negotio usque ad comitia
Francofordiensa differendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A.C. 1441.

§. CLXXIII.

Principum sententia.

Acta Patric.
pag. 1592.

Alterâ die Carvajalus, & Cusa contrario responso Segoviensis dicta infirmabant. Exinde cum Basileenses audiri peterent, haud amplius admissi sunt. Principes vero, solo excepto Trevirensium Electore tum absente, collatis consiliis cum Friderici, & Franciæ Regis Oratoribus in hanc sententiam convenere: pro pace Ecclesiæ Oecumenica congregetur Synodus, in alia tamen præter Basileam & Florentiam, vel Germaniæ, vel Franciæ civitate: ad hoc Concilium contententes partes ab Imperatore vocentur, atque Oratores nomine Cæsaris, Galliarum Regis, ac Principum ad Eugenium mittantur mense Novembri, idemque Amadæo significetur per quemdam ex suis Prælatiis: Denique Concilium omnino inchoetur Calendis Augusti anni proximi millesimi quadringentesimi quadragésimi secundi.

§. CLXXIV.

Imperatoris consilium de negotio usque ad comitia Francofordiensi differendo.

Hæc Principum sententia mittebatur ad Fridericum Imperatorem, quem eo tempo-

tempore Viennæ degentem Eugenii & Sæcul. XV.
Basileensium Oratores convenerant, sin- A.C. 1441.

gulis summo studio, ac animi contentio-
ne caussam suam tuentibus. Fridericus
horum rationes percepit, sed eorum po-
stulatis nihil concedens, totum negotium
ad comitia, quæ Francofordiæ mense
Novembri, die S. Martino sacra celebra-
rentur, distulit atque de communi Prin-
cipum consilio rem esse decidendam e-
dixit. Nihilominus hunc Imperii con-
gressum nonnisi mense Majo anni supra
millesimum quadringentesimi quadrage-
simi secundi habitum esse constat. Ce-
terum Albertus, qui Cæsari proxime san-
guine junctus erat, Felici adhærere, ei-
demque obsequium suum ad extremum
usque vitæ diem deferre professus est.
His peractis solutus est Moguntiaë con-
ventus: Basileenses vero, cum ipsis ulte-
riora proponere integrum non esset, pro-
lixam apologiam scripserunt, quam ubivis
sollicite disseminarunt, dicta ac rationes
eorum, qui Eugenio Papæ favebant, e-
nervare volentes.

§. CLXXV.

Sessio XLIII. Basileensis Synodi.

Moguntino conventu tandem absoluto, *Labb. Cons.*
celebrata est Basileæ Sessio ordine *to. 12. p. 684.*
quadragesima tertia. Per longum tem-
pus,

contra
ra infir-
es audi-
ssi sunt.
rensum
consiliis
Orato-
re: pro
regetur
asileam
el Fran-
conten-
centur,
Gallia-
renium
que A-
am ex
omni-
ni pro-
quadra-

o usque
sia

atur ad
uem eo
tempo-